decoris proprii concussa stupore titubabat. Ante
agnitionem ordinis solam sortita de auctore substan
tiam requirens, quo esset rotunda lux adtributa mo
deramine. Quae finem diei tempus exciperet, si per assi
duus semper renasceretur occasus, si nox mundum
fuscis ambitum conplexibus, quasi rem originariam
perenniter non teneret. In hoc ambiguo incertis
famularentur per longum confusa temporibus,
dei nostri extitit lex voluntas. Omnes dispensatio, statu
tis praefixa limitibus tantum potuit, quantum
praestitit qui creavit. Sic nox piae opifex inter
sacerdotalis tituli auspicia sole conversationis,
[irradia] inradia per sudum de meritis nostris fulgeat dies
officii. Nulla subreptione, nullis diaboli blandi
mentis pereat, quod vocamur. Non liceat admisisse
quod non decet recti studium, te inspirante tnen
secta inimicatur iam adsit muniis nostris. Ad aequale sopen[no]
conposita servitute beatum crescat imperium. Nec
sub iaceat moribus qui praeeminet dignitate.
per dominum nostrum ihesum christum. ~~fiat~~.

ORATIO. ANTE MISSA.

Conplector honorum deus, cui effectus in voto est,
qui de medio populi Moysi in prophetae perso
nae dedicasti. Necdum queritur de inbecillitate,
te auctore convaluit, sumpsit meritum pontificis,
dum iustus sui arbiter se vociferet nil mereri cui
apicem actionem in sublimem conciliavit humilitas.
Da, parem nostris ex cordiis gratiam, quia propen
siorem deberi actibus declaravimus offensam, non sunt
in iustitia quae poscimus, benignitas tua testimo
nio tenetur exempli. Eo circa nos [nobis] eris bonorum
largitione clementior, quo substantia nostra
facta est de peccati fasce proclivior. Da bone impe
rator dignam tuae electione virtutem, quia sub pio
principe nulla militem decoloret abiectio.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0328